



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

2. Quae personae à testimonio ferendo arceantur, & contra?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

tualibus, quam profanis, *cap. in causis 15. b. t.* tam in prima, quàm in secunda instantia *cap. fraternitatis 17. eod.* Dicitur autem testis, qui ad fidem alicuius rei faciendam accersitur, & ut testes probent debent esse idonei, & fide digni, seu ut dicitur omni exceptione maiores *cap. 1. h. t. L. optimam C. de contrahend. & committ. stipulat.* quales sunt quicumque à SS. Canonibus vel legibus expressè non prohibentur.

2. Quidam autem prohibentur generaliter, ob ætatem & iudicii infirmitatem, ut sunt furiosi, amentes. *cap 1. h. t. L. 2. C.*

3. §. *Lege Julia. eod:* quia iuramentum, sine quo testi non creditur, præstare nequeunt: ob quam rationem, impuberes etiam lex Julia nominatim testes esse vetat. *3. ff. de testibus.* Puberes, non vetat: in criminalibus tamen causis speciatim exigentibus annos 20. *L. in testimonium 20. ff. eod:* in civilibus annos 18. quod longè verius est, impubes de iis, quæ impubes vidit testimonium ferat: quia nusquam revera prohibetur: & cum servus factus liber dicitur testimonium pro vel contra dominum potest ferre, sit, de iis quæ in servitute existens vidit.

notie

notionem 99. in fine ff. de verb. sig. cur non & Pupillus factus pubes, de iis, qua in pupillari ætate vidit? nam quod pupillus omnia ignorare dicatur *L. ultim. de jur. & fact. ignor.* hoc intelligitur, quoad sui præjudicium, quando ex scientia damnum aliquod ipsi proveniret. Præterea generaliter prohibentur damnati publico iudicio, & à Principe non restituti, item, qui in vinculis custodiâve publicâ fuerunt iudicio publico rei, *cit. L. 3. § lege Iulia.* Surdus, & mutus in testamentis prohibentur. *§. testes autem Instit. de Testamen. ordin.* An & in iudiciis? Etiam surdus de auditu, cæcus de visu testificari nequit. Cæcitas tamen superveniens non impedit: quandoquidem etiam iudicantis officio fungi possit, si illud videns susceperit. *L. cæcus ff. de iudic.*

3. Alii prohibentur ferre testimonium pro certis vel contra certas personas, aut in certis causis duntaxat: sic hæres institutus in testamento testis esse non potest. *§. neq. hæres. Instit. de Testam.* contra verò legatarius, & fidei commissarius particularis rectè in testamento in quo sibi legatum

tum